



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Theoctista V. 10. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

9.Nov.
sceleris
excal-
cionem
in tunc
postea
ambia-
ntem-
ere vi-
FRIDO
ò pòst
Nos,
plue-
o mori
ea ra-
abent,
Laur.
S.
odie
mo-
vitas
an-
c est
ortè
mi-
t ab
tem
arti-
um.
oris
issi-
un

10.Nov. VITÆ SANCTORVM. 549
mum veteris impietatis bellum. Iterum Christus
vincula fert, & captivus triumphatur, agitur, ra-
ptatur. Iterum sputa volant, alapæ insonant, flagra
repant, spinæ se armant, clavi malleiq; intonant.
terum fel, & felle suo acerbior lingua sævit. De-
si que (ò cæli patientiam!) iterum pectus ferro
mpio petitur; atque, ut ne aberrasse existimes,
terum fons geminus sanguinis & undæ fluit. Hic
omnium morborum medicus febres pellere, le-
pram abstergere, claudos in pedes erigere, ipsis
denique sceleris auctoribus oculos ita aperire, ut
tam cæci nuper fidei tunc lumen aspicerent, mi-
raculo hoc gratiore, quod urbs tot jam Longi-
nos, quot paulò antè Judæos numeraret. Ex actis
Nicens. Syn. II.

Cum ponis oculos tuos, ut non respicias celum: &
vluptuosis carnis tua motibus moveris, durioribus cla-
vis pedes Omnipotentis transverberans illi infers sup-
plicium, dum momentanea voluptate voluntatem domi-
nantis excludis. S.Pet.Dam.serm.38.

S. THEOCTISTA V. 10.Novembris.

R Ectius hoc die Lesbos THEOCTISTAM, quam
olim Sappho suam laudat. Apage decimam
Musam, quæ virgo non est. At quam scribimus,
THEOCTISTA, inter virginies sacras à primis an-
nis educata virginitatem etiam ipsa spirat, gratissi-
mum odorem illi, cui odoratum mundus nom-
abstulit. Et potuere THEOCTISTA libertatem
cripere Arabes prædones, sed non pudore proin-
de, ut qui numquam expugnatur, nisi ubi à prodi-
tore animo habitatur. Itaque cum vivere inter la-
tronos animorum se videret, in silvas aufugie
horridas & metuendas, sed fidas semper virginis
latebras.

latebras. Hic ad templi rudera castissima Sacerdos preces cælo facere, corpusculum herbis, animum cæli deliciis pascere. Tandem cum annos vixisset v. supra xxx. & veste jam defluente foliis pudorem tegeret, venatori visa est, pro monstro utique habenda, si vox & virtus non prodidissent. Texit tunc suis vestibus hic, & anno vertente cibo divino recreavit. Sed cum à venatione denuò ad illam viseret, exanimem reperit, & de tam nobilibus exuviis manum sibi dexteram abstulit. Verum cum non nisi restitutâ hâc solvere è portu potuisset, narrassetque miraculum sociis, accurserunt hi venerabundi, sed nihil quidquam præter virtutis vestigia invenerunt. Dubitarem à quibus ablatum corpus foret castissimum, nisi tumulai virginitatem ab Angelis Catharina doceret. Ex Metaphr.

Per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis: si enim spiritus pie sub Deo premitur, caro illi citè super spiritum non levatur: nam si auctorem suum superbiendo contemnit, jure à subiecta carne prælium suscipit. S. Greg. l. 26. Mor. c. 13.

S. MARTINUS E P . II. Novembris.

Existimaverat MARTINVS Neophytus etiamnum, media chlamyde suâ medium pauperem utcumque se texisse; sed in sequenti nocte totum eâ se vestisse Christum vidit. Pont. Turenensis Divorum aspectu atq; adeò familiaritate, cæli præscriptim Reginæ, inter Theclæ & Agnetis comitatum, jucundissime perfruebatur. Bonorum Angelorum manu palam adjutus, malorum fana & simulacra subruit. Quanti Sacerdotii majestatem faceret, tunc ostendit, cum eam Imperatoriaz ante-